Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Leuau oculos meos
res in sanctos angelos et alios sanctos assi-
stentes principes dei qui montes dicuntur quia
alti sunt dignitate firmati eternitate inflamati cari-
tate et solis iustitie luce illuminati a quibus cotidie
interuenientibus meritis et orationibus veniet
auxilium michi
Quia vero auxilia prestita per sictos sicut per ministros pri-
mo et principaliter sunt a deo sine quo nullus sictorum
quidquam potest auxilium conferre aut Auxilium meum a do-
mino qui fecit celum et terram omnem creaturam
supernam et infimam
Iustus autem letus et securus de auxilio dei aiae sue lo-
quens ait ne timeas o anima mea quia ille qui custodit te
scilicet deus Non dabit affectum tuum in commotionem ut cadat
in peccatum nec dormitabit. i. non permittet tepescere te in fide
eius qui custodit te
Fide potens est quia Non dormitabit neque dormiet
qui custodit israhel quia sine ulla intermissione a
deo custoditur qui eum spiritualium oculorum
intentione prospexerit
Sicut petit a domino ut non det in commotionem pedem tuum
ita erit quia Dominus custodit te in bono rpe qui fecit
celum et terram Dominus protectio tua sup manum dexteram
tuam. i. protegit te opus suum dexteram scilicet bonum ne pars
impediat minima
Si te protexerit tuae prosperitatis fulgor Ne non veret
elatione nec defectus tribulationis veret te ut depressione
adversitatis succumbas siue frangatis
Et ideo quia Dominus custodit te ab omni malo ab omnibus
insidiis inimici et omnia custodiat sp te anima mea
Dominus ne tibi pars deficiat patratus adueniset